



SUPREMO TRIBUNALE  
DELLA  
SEGNATURA APOSTOLICA

PALAZZO DELLA CANCELLERIA  
00120 CITTÀ DEL VATICANO

4 December 2009

Prot. N. 42296/09 CA  
BOSTONIEN.

*Suppressionis paroeciae SS.mae Trinitatis*  
(D.na K. Stone et alii – Congregatio pro Clericis)

Dear Mrs. Stone,

In reference to your recourse of 8 February 2009, the Apostolic Signatura has issued the enclosed decree, rejecting your recourse because of evident lack of any foundation.


In regard to the question of the closing of the church building, it has not been established from the documents present in the case file that the reduction of the church to profane use, that is, its definitive closure, has been decreed by the Archbishop and confirmed by the Congregation for the Clergy. In any event, the requirements of canon 1222 would have to be observed fully and, if the sale of the church is contemplated, all the pertinent requirements of universal and particular law would have to be met, including, if such is the case, can. 1292, § 2, with due regard for the rights of those Christian faithful having a legitimate interest to challenge such a decision according to the rules of the law.

Your kindness is requested in sharing this information with all those who signed the recourse with you.

With every good wish, I remain

Sincerely Yours in Christ,

✠ Frans DANEELS, o.praem., Secretary



Mrs. Kathleen Stone  
245 Beach Avenue  
Hull, Massachusetts 02045 (USA)  
(with enclosure)

cc: The Congregation for the Clergy  
His Eminence, the Cardinal Archbishop of Boston



SUPREMO TRIBUNALE  
DELLA  
SEGNATURA APOSTOLICA

PALAZZO DELLA CANCELLERIA  
00120 CITTÀ DEL VATICANO



Prot. N. 42296/09 CA  
BOSTONIEN.  
*Suppressionis paroeciae SS.mae Trinitatis*  
(D.na K. Stone et alii – Congregatio pro Clericis)

### DECRETUM

1. Bis auditio consilio presbyterali, diebus scilicet 11 maii 2004 et 14 martii 2008, Em.mus Archiepiscopus Bostoniensis die 15 maii 2008 cum Rev.do Administratore paroeciali paroeciae personalis SS.mae Trinitatis communicavit decisionem eandem paroeciam suppressi et tandem die 24 iunii 2008, cum effectu a die 30 iunii 2008 habendo, decrevit suppressionem paroeciae, statuens ut cura pastoralis pro paroecianis SS.mae Trinitatis assumeretur a paroecia vicina Cathedralis SS.mae Crucis, cui trasferrentur libri paroeciales, bona et obligationes paroeciae suppressae.

2. Decreto suppressionis die 30 iunii 2008 a quibusdam paroecianis cognito, D.na K. Stone et alii fideles paroeciae suppressae, die 7 iulii 2008 eius revocationem vel saltem suspensionem exsecutionis ab Em.mo Archiepiscopo petierunt, qui vero die 1 augusti 2008 remonstrationem reiecit. Non acquievit D.na Stone, quam ob rem die 15 augusti 2008 cum aliis provocavit ad Congregationem pro Clericis, quae, audito Em.mo Archiepiscopo, recursum die 2 ianuarii 2009 reiecit. Quam adversus decisionem, D.na Stone et alii die 8 februarii 2009 recursum coram H.S.T. proposuerunt. Die 13 martii 2009, Cl.mus Patronus recurrentium instantiam pro suspensione decreti apud H.S.T. deposituit.

3. Exc.mus Secretarius H.S.T. die 25 aprilis 2009 decrevit “recursum coram H.S.T. in limine reiciendum esse et facto reici ob evidentem defectum cuiusvis fundamenti”. Instantia sine die, Cl.mus recurrentium Patronus petiit ut illud decretum revocaretur, instans, quatenus negative, in recursu ad Congressum. Insuper postulavit responsum de petita suspensione relate ad paroeciae suppressionem.

4. H.S.T., iuxta art. 96, § 1 *Legis propriae*, per litteras diei 17 februarii 2009 iam interrogaverat tam Congregationem pro Clericis quam Em.mum Archiepiscopum Bostoniensem circa petitam suspensionem. Exc.mus Praefectus H.S.T. dein, in Congressu, die 22 maii 2009 habito, decrevit “Suspensionem tantummodo utpote iam ab Em.mo Archiepiscopo Bostoniensi concessam confirmandam esse et facto confirmari”.

5. Quaestione de ipsa suppressione paroeciae tandem rite discussa inter Cl.mos patronos et Rev.dum Promotorem Iustitiae deputatum,

## SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNALIS

6. Praemisso quod membra paroeciae suppressae legitimatione activa gaudent (cf. can. 1476; decretum diei 21 novembris 1987, in *Communicationes* 20 [1988] 90-93; Pontificia Commissio Codici Iuris Canonici Interpretando die 20 iunii 1987, *AAS* 20 [1988] 76-77; necnon sententiae H.S.T. dierum 20 iunii 1992 et 16 ianuarii 1993);

7. Attento quod recursus adversus decisionem Congregationis diei 2 ianuarii 2009 intra terminum propositus est (cf. art. 74, §1 *Legis propriae*);

### *A. De suppressione paroeciae*

8. Perspecto, relate ad decretum suppressionis paroeciae personalis, quod:

- ratio procedendi iure statuta servata est;

- nullum "ius christifidelibus agnoscitur ad determinatam paroeciam, cum illis sufficiat paroecia quaedam, quae eorundem curam pastoralem expleat" (cf., v.g., decreta Congressus dierum 12 octobris 1995, prot. n. 25323/94 CA; 18 ianuarii 1996, prot. n. 25465/94 CA; 12 octobris 1995, prot. n. 25530/95 CA);

- in specie relate ad suppressionem paroeciae personalis, decretum reiectionis in limine diei 25 aprilis 2009 recte statuit quod: "sedulo animadvertisendum est migratorum ius servandi patrimonium spiritale vinculatum non esse cum quadam determinata paroecia personali, quae est una tantum ex pluribus comprobatis rationibus et viis in pastorali cura agenda pro coetibus specialibus fidelium (cf. v.g. decreta Congressus dierum 25 ianuarii 1991, prot. n. 21896/90 CA; 3 maii 1995, prot. n. 24388/93 CA; 26 ianuarii 1996, prot. n. 26205/95 CA; 18 iulii 1996, prot. n. 26399/95 CA). Non habetur enim solum ius migratorum servandi patrimonium spiritale, verum etiam obligatio sese cum tempore in nova patria integrandi";

### *B. De destinatione bonorum*

9. Praemisso quod Em.mus Archiepiscopus Bostoniensis omnia suppressae paroeciae bona ad paroeciam *ad quam* transferenda decrevit;

10. Perspecto, circa violationes legis ad rem adductas, quod:

- non indicantur leges quae violatae essent per illam translationem bonorum, quatenus animarum saluti christifidelium paroeciae suppressae contraria;

- partes recurrentes, ceterum, nullo modo probaverunt quod "this transfer of assets, under the pretext that they will be 'following the parishioners', is a subterfuge for the unlawful taking of Holy Trinity's assets by the Archdiocese".

### *C. De asserta reductione ecclesiae*

11. Considerato, relate ad assertam reductionem ecclesiae SS. Trinitatis ad usum profanum, quod:



- ex actis non constat de reductione ecclesiae ad usum profanum seu de eius clausura definitiva ab Em.mo Archiepiscopo decreta et a Congregatione pro Clericis confirmata;

- quovis in casu, plene servanda erunt, si et quatenus, praescripta can. 1222, necnon, si ecclesiae alienatio contemplatur, omnia a lege universali et particulari statuta, haud excluso, si et quatenus, can. 1292, § 2, salvo iure fidelium, quorum interest, casu quo habebitur ad rem decisio, eandem ad normam iuris impugnandi;

*D. De asserta incompetencia Exc.mi Secretarii*

12. Animadverso quoad assertam Exc.mi H.S.T. Secretarii incompetentiam reiciendi recursum in limine ob "evidentem defectum cuiusvis fundamento" (cf. art. 76, § 1 *Legis propriae*), cum fundamentum seu aliquis fumus boni iuris inter recursus praesupposita haud comprenderetur, quod:

- dicta facultas Exc.mi Secretarii extenditur ad quodvis recursus praesuppositum, non tantum ad ea exemplificative indicata in art. 76, § 1, nn. 1-4;

- cum nullus recursus fundamento carens ad disceptionem admitti possit, gratis a priori excluderetur possibilitas reiciendi in limine recursum iam prima facia indubie et evidenter hoc praesupposito carentem;

13. Re sedulo examinata;

Vi art. 76, § 4 *Legis propriae* H.S.T.;

In Congressu, die 13 novembris 2009 coram infrascripto Exc.mo Praefecto habitu,

**decrevit:**

**Recursum admittendum non esse et facto non admitti ad disceptionem coram Collegio Em.morum et Exc.morum H.S.T. Iudicum, utpote manifeste quolibet carentem fundamento.**

Pro expensis retinetur cautio a partibus recurrentibus in arca H.S.T. deposita. Partes suo quaeque Cl.mo Patrono congruum solvant honorarium.

Et notificetur iis quorum interest, ad omnes iuris effectus.

Datum, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 13 novembris 2009.

*CONCORDAT CUM ORIGINALI*  
die 4 decembris 2009  
P. Malecha

Paulus MALECHA  
Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis  
Moderator Cancellariae

+ Raimundus Leo Burke

✉ Raimundus Leo BURKE, Praefectus

+ F. D. o. prae. m.

✉ Franciscus DANEELS, o. praem., Secretarius

